



88132964



International Baccalaureate®  
Baccalauréat International  
Bachillerato Internacional

**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 2**

Tuesday 5 November 2013 (morning)

2 hours

---

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is *[44 marks]*

*Answer four questions from two genres only. These questions should be taken from the two genres you have studied.*

**Genre: Elegiac and Lyric poetry**

**Question 1. Catullus 64.116–138**

sed quid ego a primo digressus carmine plura  
 commemorem, ut linquens genitoris filia vultum,  
 ut consanguineae complexum, ut denique matris,  
 quae misera in gnata deperdita laetabatur,  
 120 omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem,  
 aut ut vecta rati spumosa ad litora Diae  
 venerit, aut ut eam devinctam lumina somno  
 liquerit immemori discedens pectore coniunx?  
 saepe illam perhibent ardenti corde furentem  
 125 clarisonas imo fudisse ex pectore voces,  
 ac tum praeruptos tristem concendere montes  
 unde aciem in pelagi vastos protenderet aestus,  
 tum tremuli salis adversas procurrere in undas  
 mollia nudatae tollentem tegmina surae,  
 130 atque haec extremis maestam dixisse querelis,  
 frigidulos udo singultus ore crientem:  
 “sicine me patriis avectam, perfide, ab aris,  
 perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?  
 sicine discedens neglecto numine divum  
 135 immemor ah devota domum periuria portas?  
 nullane res potuit crudelis flectere mentis  
 consilium? tibi nulla fuit clementia praesto  
 immite ut nostri vellet miserescere pectus?

- (a) *sed ... coniunx* (lines 116–123). Identify **two** rhetorical devices used by Catullus in these lines to introduce the story of Theseus and Ariadne. [2 marks]
- (b) Outline the signs of Ariadne's physical and/or emotional distress at being abandoned by Theseus. Give **three** examples. [3 marks]
- (c) Scan *atque ... crientem* (lines 130–131). [2 marks]
- (d) Describe how Theseus's personality is depicted in Ariadne's words (lines 132–138). Support your answer by giving **three** examples from the Latin text. [3 marks]

**Genre: Elegiac and Lyric poetry****Question 2. Horace *Odes* 3.21**

o nata mecum consule Manlio,  
 seu tu querellas sive geris iocos  
 seu rixam et insanos amores  
 seu facilem, pia testa, somnum,  
 5   quocumque lectum nomine Massicum  
 servas, moveri digna bono die,  
 descendere Corvino iubente  
 promere languidiora vina.  
 non ille, quamquam Socratis madet  
 10 sermonibus, te neglegit horridus:  
 narratur et prisci Catonis  
 saepe mero caluisse virtus.  
 tu lene tormentum ingenio admoves  
 plerumque duro, tu sapientium  
 15 curas et arcanum iocoso  
 consilium retegis Lyaeo,  
 tu spem reducis mentibus anxiis  
 virisque et addis cornua pauperi  
 post te neque iratos trementi  
 20 regum apices neque militum arma.  
 te Liber et si laeta aderit Venus  
 segnesque nodum solvere Gratiae  
 vivaequa producent lucernae,  
 dum rediens fugat astra Phoebus.

- (a) Explain the geographical reference of the word *Massicum* (line 5). *[2 marks]*
- (b) Translate the adjective *horridus* (line 10) and explain how it relates to Corvinus in this context. *[2 marks]*
- (c) The praise of wine is a common theme in Greek and Roman poetry. Comment on Horace's contribution in this regard, analysing the main stylistic features of this poem. Support your answer by quoting the Latin text. *[8 marks]*

**Genre: Epic****Question 3. Virgil *Aeneid* 4.165–183**

165 speluncam Dido dux et Troianus eandem  
 deveniunt: prima et Tellus et pronuba Iuno  
 dant signum; fulsere ignes et conscius aether  
 conubiis, summoque ulularunt vertice nymphae.  
 ille dies primus leti primusque malorum  
 170 causa fuit; neque enim specie famave movetur,  
 nec iam furtivum Dido meditatur amorem:  
 coniugium vocat; hoc praetexit nomine culpam.  
 extemplo Libyae magnas it Fama per urbes –  
 Fama, malum qua non aliud velocius ullum;  
 175 mobilitate viget, viresque adquirit eundo,  
 parva metu primo, mox sese attollit in auras,  
 ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.  
 illam Terra parens, ira irritata deorum,  
 extremam (ut perhibent) Coeo Enceladoque sororem  
 180 progenuit, pedibus celerem et pernicibus alis,  
 monstrum horrendum, ingens, cui, quot sunt corpore plumae  
 tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,  
 tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures.

- (a) *prima ... fuit* (lines 166–170). How does Virgil create a sense of premonition around the scene described here? Support your answer by giving **three** quotations from the Latin text. [3 marks]
- (b) Scan *ille ... movetur* (lines 169–170). [2 marks]
- (c) Translate *mobilitate ... condit* (lines 175–177). [3 marks]
- (d) *illam ... aures* (lines 178–183). Identify **two** figures of speech used in these lines. [2 marks]

**Genre: Epic****Question 4. Virgil *Aeneid* 4.456–473**

hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.  
 praeterea fuit in tectis de marmore templum  
 coniugis antiqui, miro quod honore colebat,  
 velleribus niveis et festa fronde revinctum:  
 460 hinc exaudiri voces et verba vocantis  
 visa viri, nox cum terras obscura teneret;  
 solaque culminibus ferali carmine bubo  
 saepe queri et longas in fletum ducere voces;  
 multaque praeterea vatum praedicta priorum  
 465 terribili monitu horrificant. agit ipse furentem  
 in somnis ferus Aeneas; semperque relinqui  
 sola sibi, semper longam incomitata videtur  
 ire viam, et Tyrios deserta quaerere terra.  
 Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,  
 470 et solem geminum et duplicis se ostendere Thebas;  
 aut Agamemnonius scaenis agitatus Orestes  
 armatam facibus matrem et serpentibus atris  
 cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

- (a) To whom does *coniugis* (line 458) refer? Give **one** additional detail about this person. [2 marks]
- (b) *Eumenidum* (line 469). Summarize the ancient belief concerning these goddesses. [2 marks]
- (c) Describe how Virgil's literary art supports and augments, in this extract, themes of the rest of the prescribed reading of *Aeneid* 4. Support your answer with precise details and quotations from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Historiography****Question 5. Tacitus *Annals* 14.34–35**

iam Suetonio quarta decima legio cum vexillariis vicesimanis et e proximis auxiliares, decem ferme milia armatorum erant, cum omittere cunctationem et congregri acie parat. *deligitque* locum artis faucibus et a tergo silva clausum, satis cognito nihil hostium nisi in fronte et apertam planitiem esse sine metu insidiarum. igitur legionarius frequens ordinibus, levis circum armatura, conglobatus  
5 pro cornibus eques adstitit. at Britannorum copiae passim per catervas et turmas exultabant, quanta non alias multitudo, et animo adeo feroci ut coniuges quoque testis victoriae secum traherent plaustrisque imponerent quae super extremum ambitum campi posuerant. Boudicca curru filias prae se vehens, ut quamque nationem accesserat, solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur, sed tunc non ut tantis maioribus ortam regnum et opes, verum ut unam e vulgo  
10 libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci.

- (a) Give **two** details about the forces under Suetonius's command. [2 marks]
- (b) Translate *deligitque ... insidiarum* (lines 2–4). [3 marks]
- (c) *at Britannorum ... posuerant* (lines 5–7). Give **two** details that Tacitus expresses as evidence of the Britons' fierce spirit. [2 marks]
- (d) *Boudicca ... ulcisci* (lines 7–10). Identify **three** features which illustrate Tacitus's narrative skill in portraying Boudicca. [3 marks]

**Genre: Historiography****Question 6. Tacitus *Annals* 14.38–39**

gentesque praeferoces tardius ad pacem inclinabant, quia Julius Classicianus, successor Cato missus et Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impediebat disperseratque novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. simul in urbem mandabat, nullum proeliorum finem expectarent, nisi succederetur Suetonio, cuius 5 adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam referebat. igitur ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis Polyclitus, magna Neronis spe posse auctoritate eius non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebellis barbarum animos pace componi. nec defuit Polyclitus quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. sed hostibus inrisui fuit apud quos flagrante etiam 10 tum libertate nondum cognita libertinorum potentia erat; mirabanturque quod dux et exercitus tanti belli confector servitiis oboedirent.

- (a) How does Tacitus lay the blame for the delay in peace on the Roman leaders?  
Give **two** details from the text. *[2 marks]*
- (b) Who is Polyclitus (line 6) and why is he in Britannia? *[2 marks]*
- (c) Show how, through his narrative art, Tacitus draws a dramatic contrast between the reaction of the Romans to the arrival of Polyclitus and that of the Britons.  
Support your answer by quoting the Latin text. *[8 marks]*

**Genre: Letters****Question 7. Pliny the Younger *Letters 2.20.1–6***

assem para et accipe auream fabulam, fabulas immo; nam me priorum nova admonuit, nec  
refert a qua potissimum incipiam. Verania Pisonis graviter iacebat, huius dico Pisonis, quem  
Galba adoptavit. ad hanc Regulus venit. primum impudentiam hominis, qui venerit ad aegram,  
cuius marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat! esto, si venit tantum; at ille etiam proximus  
5 toro sedit, quo die qua hora nata esset interrogavit. ubi audiit, componit vultum intendit oculos  
movet labra, agitat digitos computat. nihil. ut diu miseram exspectatione suspendit, “habes”  
inquit “climacterium tempus sed evades. quod ut tibi magis liqueat, haruspicem consulam, quem  
sum frequenter expertus.” nec mora, sacrificium facit, affirmat exta cum siderum significatione  
congruere. illa ut in periculo credula poscit codicillos, legatum Regulo scribit. mox ingravescit,  
10 clamat moriens hominem nequam perfidum ac plus etiam quam perierum, qui sibi per salutem filii  
peierasset. facilit hoc Regulus non minus scelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipse  
cotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur.

- (a) Give **two** details about Piso (line 2) other than the one referred to in the extract. [2 marks]
- (b) Translate *primum ... interrogavit* (lines 3–5). [3 marks]
- (c) What does Regulus offer to do for Verania, and why does Pliny find his conduct scandalous? [3 marks]
- (d) Identify **two** figures of speech used in this extract. [2 marks]

**Genre: Letters****Question 8. Pliny the Younger *Letters 7.27.1–6***

ego ut esse credam in primis eo ducor, quod audio accidisse Curtio Rufo. tenuis adhuc et obscurus, obtinenti Africam comes haeserat. inclinato die spatiabatur in porticu; offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque. perterritio Africam se futurorum praenuntiam dixit: iturum enim Romam honoresque gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem provinciam  
5 reversurum, ibique moriturum. facta sunt omnia. praeterea accedenti Carthaginem egredientique nave eadem figura in litore occurrisse narratur. ipse certe implicitus morbo futura praeteritis, adversa secundis auguratus, spem salutis nullo suorum desperante proiecit. iam illud nonne et magis terribile et non minus mirum est quod exponam ut accepi? erat Athenis spatiosa et capax  
10 domus sed infamis et pestilens. per silentium noctis sonus ferri, et si attenderes acrius, strepitus vinculorum longius primo, deinde e proximo reddebat: mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, promissa barba horrenti capillo; cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque. inde inhabitantibus tristes diraeque noctes per metum vigilabantur; vigiliam morbus et crescente formidine mors sequebatur. nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat, longiorque causis timoris timor erat.

- (a) According to Pliny, what did Curtius Rufus learn about his own future from the vision of Africa personified? [2 marks]
- (b) Give **two** details about the haunting in Athens. Refer closely to the Latin text. [2 marks]
- (c) Describe how Pliny uses his literary art to enhance his descriptions of people's reactions to the supernatural in this extract. Support your answer with precise details and quotations from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Philosophy****Question 9. Lucretius 3.396–416**

et magis est animus vitai claustra coërcens  
 et dominantior ad vitam quam vis animai.  
 nam sine mente animoque nequit residere per artus  
 temporis exigua partem pars ulla animai,  
 400 sed comes insequitur facile et discedit in auras  
 et gelidos artus in leti frigore linquit.  
 at manet in vita cui mens animusque remansit,  
 quamvis est circum caesis lacer undique membris;  
 truncus adempta anima circum membrisque remota  
 405 vivit et aetherias vitalis suscipit auras;  
 si non omnimodis, at magna parte animai  
 privatus, tamen in vita cunctatur et haeret;  
 ut, lacerato oculo circum si pupula mansit  
 incolumis, stat cernundi vivata potestas,  
 410 dummodo ne totum corrumpas luminis orbem  
 et circum caedas aciem solamque relinquas;  
 id quoque enim sine pernicie non fiet eorum.  
 at si tantula pars oculi media illa peresa est,  
 occidit extemplo lumen tenebraeque secuntur,  
 415 incolumis quamvis alioqui splendidus orbis.  
 hoc anima atque animus vincti sunt foedere semper.

- (a) Define briefly what the terms *mens*, *animus* and *anima* refer to in Lucretius's philosophy. [3 marks]
- (b) Translate *nam ... in auras* (lines 398–400). [3 marks]
- (c) Scan *at manet ... membris* (lines 402–403). [2 marks]
- (d) What does the pronoun *eorum* (line 412) refer to? [2 marks]

**Genre: Philosophy****Question 10. Lucretius 3.526–547**

denique saepe hominem paulatim cernimus ire  
 et membratim vitalem deperdere sensum;  
 in pedibus primum digitos livescere et unguis,  
 inde pedes et crura mori, post inde per artus  
 530      ire alios tractim gelidi vestigia leti.  
 scinditur atque animae haec quoniam natura nec uno  
 tempore sincera existit, mortalis habendast.  
 quod si forte putas ipsam se posse per artus  
 introsum trahere et partis conducere in unum  
 535      atque ideo cunctis sensum diducere membris,  
 at locus ille tamen, quo copia tanta animai  
 cogitur, in sensu debet maiore videri;  
 qui quoniam nusquamst, ni mirum, ut diximus ante,  
 dilaniata foras dispargitur, interit ergo.  
 540      quin etiam si iam libeat concedere falsum  
 et dare posse animam glomerari in corpore eorum,  
 lumina qui lincunt moribundi particulatim,  
 mortalem tamen esse animam fateare necesse  
 nec refert utrum pereat dispersa per auras  
 545      an contracta suis e partibus obbrutescat,  
 quando hominem totum magis ac magis undique sensus  
 deficit et vitae minus et minus undique restat.

- (a) Illustrate Lucretius's main philosophical argument in this extract regarding the nature of the soul. [2 marks]
  - (b) What **two** conflicting theories about the soul departing from the extremities of the body are presented in this extract? [2 marks]
  - (c) Analyse the main stylistic features of this extract, explaining in particular how Lucretius's poetic technique transforms the technical description of the body's agony into a sophisticated piece of philosophical poetry. Give precise details from the Latin text. [8 marks]
-